pria posthabita, Praesenti vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Juris-
dictioni quoad actum hunc attinet, secum Successoribus ac bonis suis gene-
raliter omnibus totaliter et plenarie incorporando, atq[ue] subijciendo palam
libere, publice ac per expressum recognovit. Quia ipse Perfidum Anzyh
Judaeum et Panni Mercatorem Perfidi Morcho dicti Bozaty, Fratrem ger-
manum eiusq[ue] posteros de Causa et actione Judiciaria eidem Perfido An-
zyh ad Judicia Expeditionis gratis bellicae ex vi Termini Facti ratione
per ipsum Perfidum Anzyh feria secunda ipso die festi Nativitatis San-
cti Joannis Baptistae proxime praeterito dum et quando idem Regnis Pan-
num, alias sukna Purzinkowego Piec Lokci targuiąc verbo eiusdem Judaei
Mercatorio credendo Quinq[ue] Cubitos per florenos Quatuor et grossos de-
cem emerat, loco panni vulgo sukna Purzinkowego Pakłaku venditionis
Suiq[ue] Recognoscentis defraudationis per se Recognoscentem instituta et
intentata, Necnon de eadem ipsa poena Infamiae eiusq[ue] publicatione hac
in Causa obtenta Quietat emittit, dimittit, liberumq[ue] et absolutum per-
petuo pronunciat, Causam eandem et Actionem Judiciariam atq[ue] poenam
Infamiae cum eius publicatione ob praedictam satisfactionem in toto et per
omnia Cassat, mortificat, et annihilat, sibi suisq[ue] posteris praemissorum
ratione perpetuum imponendo silentium.

4 VII 1669

Vigore Laudi Sabbatho post Festum Visitationis Beatissimae Virginis Mariae proximo Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Nono.

Rybinski Swiechowskiey Rozt

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisli-
ensibus Generosus Mathias Rybinski sanus Mente et Corpore existens, a Juris Di-
strictibus, Juribus, Jurisdictionibusq[ue] suis quibusuis proprijs et Competentibus recedens
Praesenti vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Jurisdictioni quoad actum hunc
attinet secum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et ple-
narie

nariè incorporando, atq subijciendo palam liberè, publicè, ac per expres-
sum recognovit. Quia ipse se ac suos successores in et super bonis
suis generaliter omnibus, summisq pecuniarijs quibusvis habitis
et habendis inscribit et obligat praesens Scriptum Certum manuale
per se Recognoscentem in rem et manus Nobilis Euphrosinae Sreicho-
wska, olim Nobilis Andreae Wolski Consortis relictae Viduae ratione
certarum rerum et Conditionum in eodem scripto contentarum, de
actu et data illius scripti hic Praemisliae die hodierna in actu contem
ta confectum et conscriptum, manu sui Recognoscentis propria subscrip-
in omnibus et singulis eiusdem scripti manualis Conditionibus, punctis
clausulis, articulis, Vadio, Ligamentis, ac nexibus in universum omnibus
eidem Nobili Sreichowska, ipsiusq posteris firmiter tenere, complere,
exequi, ac inviolabiliter observare, omnibusq et singulis, eiusdem
scripti manualis contentis, tam in toto, quam in quavis minima par-
te, toties quoties opus fuerit satisfacere, scriptum praefatum manuale
ad Inscriptionem praesentem Roboratoriam, et Inscriptionem praesentem Ro-
boratoriam ad praedictum scriptum manuale Vicissim in toto referendo,
Idq sub Vadio Duorum Millium Trecentorum florenorum polonicalium
per eundem Recognoscentem, vel eius successores supra scriptae Nobili
Sreichowska vel eius posteris, ob non completionem Contentorum scripti
praefati manualis omnium et singulorum tam in toto quam in parte
toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo. Pro quo quidem
Vadio modo praemisso ad solvendum succubito ac pro re aliqua prinata
ex contentis scripti eiusdem manualis non completo complenda totaliter
existens memoratus Recognoscens Gnosus Mathias Rybinski sive eius
Successores, ad Instantiam praefatae Nobilis Euphrosinae Sreichowska olim
Nobilis Andreae Wolski Consortis relictae Viduae vel eius Posterorum
ad officium praesens Castrense Capitaneale Praemisliense, Termine recessu
supra scripto quod ad respondendum spectat mediante, semper in-
primo

primo Citationis Termino, tanquam peremptorio stare, litigare, respondere, Vadium praefatum luere, Inscriptioni huic satisfacere, ac omne Iudicatum pati debebit et tenebitur, seque ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus, illum Terminum primum peremptorium, et alios omnes exinde consequentes Causae eiusdem Terminos, semper peremptorios, vera Infirmitate pro maiori, minorennitate successorum, Legatione intra vel extra Regnum servitio militari, ad munimenta adcitatione, vel alijs quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo. Ad Quietationem vero proximos officij praefati Castrensis Capitaneal Praemislien Terminos dilationem sibi non recipiendo, nullasque motiones appellationes ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis, Evasionibus, suspensionibus, fatalijs Iuris praescriptione Terrestri, bello, conventioneque, ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo, nec modo alioquovis evadendo. Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Swięchowska Rybinskie Quiet.

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castren Capitan Praemislien nobilis Euphrosina Swięchowska olim Nobilis Andreae Wolski Patoris derelicta Vidua, sana mente et corpore existens, à Terris Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibusvis proprijs et competen recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemisliensi Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet secum successoribus, bonisque suis generaliter omnibus, totaliter et plenarie incorporando, atque subijciendo palam libere, publice, ac per expressum recognovit. Quia ipsa Generosum Mathiam Rybinski de Scripto certo manuali per praenominatum Generosum Mathiam Rybinski in rem et manus sui Recognoscentis ratione certarum rerum et conditionum in eodem scripto contentarum de actu et data eiusdem hic Praemisliae feria

secunda